



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Septem Illustrium Virorum Poemata**

**Amstelodami, 1672**

Ad Urbem Romam, Clemente IX. Pont. Max. Renuntiato.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11215**

AD URBEM ROMAM,  
 GLEMENTE IX. PONT. MAX.

*Renuntiato.*

**Q**Uæ conjuratas acies evertere ferro  
 Et facibus patriam, civesque extrema minantes  
 Roma tibi Tyrrhena pio certamine tellus  
 Ultra nefas immane suis delevit in agris :  
 (Qualia Phlegræos straverunt funera campos)  
 Hæc eadem augusto augurio volventibus annis  
 Præclarum generosa alto de sanguine IULUM  
 Extulit, insolitâ cui cælum & fidera luce  
 Nascenti fulsere, novo quum gaudia moti  
 Terræque, & maria, atque urbes, ac dædala rerum  
 Sensit, & arcano plaufit natura favore.  
 Et nunc ille datum egregiis virtutibus olim  
 Imperium, fato meritum comitante sequaci  
 Accepit, supraque tuas sedet arduus arces  
 Aurato in folio, videt unde ab litore utroque  
 Omnia sub pedibus, vertique, regique beatis :  
 Ingenti unde animo immensum dum amplectitur orbem,  
 & sacris manibus rerum dum flectit habenas,  
 Infuetum molitur iter, quâ rara priorum  
 Fixa notat claris quondam vestigia signis,  
 Quâ verum invitat non falso gloria vultu.  
 Grandibus ille potens factis, operumque labore  
 Magnorum, famam & decus immortale cubili  
 Solis ab Hesperio Eöas meditatur ad undas  
 Tendere, & Oceani extremos evadere fines.  
 Tum si qua est, quæ restat adhuc summotâ, latetque,

Et

Et penitus vasti refugit pars ultima mundi  
 Accipiet, laudesque ferens celebrabit in ævum.  
 Tuque adeò in partem æterno comes addita honori,  
 Dum veteres memor ad factos annosque redibis,  
 Atque virùm monumenta, & nomina magna revolves,  
 Lumine nunc vero sidus fulgere videbis  
 JULIUM, ut astra inter Phœbus micat ipse minora:  
 Tale instar nullum invenies, nec talibus unquam  
 Auspiciis latè imperium, nomenque tulisti,  
 Qualibus antiquos longè superare triumphos  
 Apparat, & ferre in cælum tua nomina CLEMENS.

A D

J O A N N E M R H O  
 S O C. J E S U,

*Eloquentissimum divini verbi pro con-  
 cione interpretem.*

**A**ntiqua longis obruta sæculis  
 Jam nunc refurgit fabula, nobile  
 Præstantis inventum magistri,  
 Itala quem Samiis arenis  
 Tellus relicta vidit Achaico  
 Ore edocentem. Scilicet aureas  
 Dulcesque demirata Roma  
 Eloquii rapientis undas.  
 Quin spiret almo reddita lumini  
 Mens viva Tulli pectore de tuo,  
 Et verba devolvat recenti  
 Rhœ sono, dubitare nescit.

C 3

Sed